

pulo tanquam absente, videbatur h. v. in eadem perte-
 xendum esse. Nihilominus tamen quando Propheta
 h. l. naturali constructionis ordine derelicto, ipsos Isra-
 elitas, de quibus antea tanquam absentibus locutus erat,
 sibi praesentes sistit: id minime vitio cuidam di-
 centis linguam minus recte intelligentis tribuendum
 est, a quo DEUS ipse verba pariter atque res literis con-
 signandas suggerens, eum immunem praeservarat. De
 industria proinde Propheta ceptam suam orationem
 mutat, Israelitasque qui neque beneficiis demulceri,
 neque poenis terreri poterant, tanquam praesentes allo-
 quitur. Quid emolumenti amplius ad vos redundabit
 ex poenis a DEO vobis in emendationem vestram illatis,
 cum quo magis vos percutit eo majora peccata peccatis
 addatis? His consona sunt quae Kimchi de hac allocutione
 habet: על מה תבכו לא תעלו על לבבכם על
 מה אתם מבכים כי עוד תוסיפו סרה ולא תחשבו
 כי האל הוא הטכה אתכם על עונותיכם אל
 תלכו בקרי ותאמרו כי הרע בננו עליכם דרך
 המקרה ולא עונש עונותיכם / ויש מפרשים על
 מה תבכו מה הוא הוהיל הכות אתכם כי לא תוסיפו בזה
 כי עדיין אחר המכות תוסיפו לחטוא ולכן תוסיפו
 על ידיו: Non revocatis ad animum vestrum causam
 ob quam vos percutiamini cum adhuc magis magis-
 que a DEO deficitis, neque vobiscum perpenditis
 quod DEVS sit is, qui plagas vobis immittit propter
 iniquitates vestras, sed caeco impetu semper ambula-
 tis dicentes calamitates istas, vos tangere casu fortuito,
 neque poenarum loco habendas esse. Alii interpre-
 tes verba haec ita circumloquuntur: quare percutie-

ini-